

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit

Fecht, Johann

Durlaci, 1680

CXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

Divinae proprietatem exigendum sit? Unde utrumque, tanquam ex principio formali & manifestativo, immotè cognoscendum? Quousque lex naturæ aut moralis hominem obliget? Et utrum æternæ sit ac immutabilis veritatis? & quæstionum ejusmodi aliarum, quarum cognitio prorsus necessaria est Theologo, copiosum nobis instituendum fuerat examen; ut quanta sententiarum monstra Theologia Reformata circa bonum, malumque, solâ ^{theor} tale, & in se prorsus indifferenti alar? quâ lex naturæ rationali intimè & essentialiter inhærens in constitutionem liberrimam & qualibet horâ mutabilem convertitur, neque nisi eos obligat, qui in præsentî vitâ constituti præstare ea, quæ legis sunt, facile possunt; ex solidis fundamentis pateret. Id verò perfunctoriâ duntaxat operâ agi non poterat, nisi perpetuos in legentiû animis scrupulos relinquere & dubitationibus ansam ampliolem præbere voluissimus.

CXXVIII. Taceo plurima S. Literarum, eaque illustria, loca, quæ ab affectis interpretationibus liberanda & vero, genuinoque sensui restituenda fuerant. At verò quid jucundius, quid utilius, aut quid magis necessarium est Theologiæ studioso, quam in adyta sanctissimorum Dei eloquiorum penetrare, & quid vel veteres vel recentioris ævi Doctores in sermones Divinos meditati fuerint? quomodo in spiritum DEI inquisiverint? & quæ denique cujuslibet loci, non ementita aut spuria, sed germana sit ac sincera sententia? ex indole linguarum & internis cuilibet textui argumentis, perscrutari? Qui, cum in Scripturæ quoddam oraculum incidunt, exteriora solummodo ejus, ut canis è Nilo, degustant, nec, quem verborum contextus requirat, sed quis esse ex commentitiis humani cerebri imaginationibus possit, sensum, velut aliud agentes, proponunt, ludere mihi in re seriâ videntur & veritatem prodere potius, quam lectori, ejusdem cupido, instillare.

CXXIX. Denique, quod palmarium est, exemplo analyseos Logicæ, juventuti Scholasticæ, in examinandis adversariorum quorumlibet argumentis, quo studio certè nihil uspiam utilius est, præeundum fuit. Quod verò hoc feliciter ea in materia fieri potest, in qua frequentior occasio est, sive in facultate ^{ἐπιμαρτυροῦν} si-

ve in adve
dis fidei de
certè hic p
multitudo
strat.
CX
placuit, d
quidpiam
orationem
acturi factu
damentis se
fiones dam
litatem in
Gregorius
peccatores
Hom. XI
plura. A
esse compro
effugiat per
pocius acti
depravatio
pitudine,
cane pejus
tur dum h
dum volun
fectum o
que action
animo lu
marum b
transfor
reat, quoc
ratio est
nis accu
lixa sit,
& pena
Xime,